Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



&latus lancea uulnerati. & man fixas
demonstrat dauis. Accedens ihs locu
tus est dicens. Data est mihi omnis poten
tas in celo & in terra. Illi potestas data est
qui paulo ante crucifixus est. qui sepultus est
in tumulo. qui mortuus iacuerat.
qui postea resurrexit. In celo ante
& in terra potestas data est. utqui
ante regnabat in celo. per fidem credentium
regnat & in terris. Euntes ergo docete
omnes gentes. baptizantes eos in nomine
patris. & filii. & spiritus sancti. Primum docet
omnes gentes. de inde doctas intinga
aqua. Non enim potest fieri. ut corpus
baptismi recipiat sacramentum. Nisi
ante anima fidei suscipiat ueritatem.
Baptizantur in nomine patris. & filii
& spiritus sancti. Utquorum una est diuinitas.
sit una largitio. Nomen que trinitatis
unus deus est. Docentes eos seruare omnia
quecumque mandaui uobis. Ordo precipuus
iussit apostolis. ut primum docerent uni
uersas gentes. dein de fidei intinguerent
sacramento.